quid invenimus auxilio temporis quod fuit inter nos et illos et colligentes
totum quod invenitur in illa scientia usque ad hoc tempus in uno volumine et quantum
potuimus breviter explicantes ut tamen possint intelligere qui sunt aliquantulum
intelligentes in illa scientia ut autem liber sit complexus posuimus ideo
quicquid fuit utile scientie celestium corporum ordine debito et ueloci
quantum sermone fecimus breviter transibimus preter abbreviatoribus nimis dic
tas. pro certo non posse dicentes quod non fuerint inventa a primis ut si
fuerint non tamen lucide et benigne dicta.

p Rimum quid inchoandus est in hoc libro rememoratur quali
tatem communem vel commemoratio communis qualitatis celi et terre
in se ipsis et quantitates earum ad aliud et inclinacionem circuli signo
rum a circulo recto diei et eius qualitatem in universali vel locis diversis hori
zontium et omnium que huius sunt similia. Iam faciet leviter intel
lectum ad illa quae sequuntur in libro. Sequimur autem post illa motus solis
et lune et que eis accidunt de alteracione motuum et eclipsi et que huius
sunt similia. Scio non potuimus scire qualitatem motuum stellarum recte
nisi sciremus qualitatem motuum solis et lune. Rememorabimus vel
commemorabimus quoque ulterius qualitatem stellarum inchoantes a
fixis stellis et exequentes quoque planetas. Dicemus quoque volumus monstrare
de quo qualitate celi et terre est quod celum est sphericale et similiter motus est
sphericalis motus et terra est sphericalis et est in medio celi et super sum cen
trum et minima sue magnitudinis ad speram fixarum stellarum quasi punc
tus nec habet motum de loco.

p Rimum quoque qui vocavit antiquos ut dicerent quod motus celi
est sphericalis est hoc quid fuit ipsis visum ab illis cum solidacione sua.
viderunt enim solem et lunam et omnes stellas que semper moventur ab oriente
in occidentem super paralellicos circulos incipientes ascendere ab in
feriori quoque orientes ex terra. et que postea ascendentes modice et mo
dicum usque sit quecumque earum usque in sua alta altitudine et post ea quoque in
cipientes descendere modice et modice usque ad suum occasum quoque cade
res super terram et quia mora est temporis in quo non videntur et post ea quoque in
cipiat earum ascensus aliud tamen et sic volumus ut diximus.
Solebant quoque inspicere tempus earum ortus et tempus earum occasus et loca in
quibus oriuntur et occidunt orizontis que tenent ut et equale ordina
cione. Maxime vero quod vocavit antiquos ut dicerent quod motus
celi est sphericalis est quod solebant videre de motu stellarum que semper videntur et
earum que non semper videntur. Solebant namque videre stellas que semper videntur.